

sicut libere recepimus, ita libera et absoluta donatione in opus misericordie contulimus et ad novum hospitale, quod consilio et auxilio domini Ruggeri venerabilis prepositi fundavimus, communi consensu et petitione prelatorum nostrorum et fratrum de Domo lege in perpetuum valitura deputavimus. Statuimus etiam et autoritate perpetui anathematis inhibemus, ne quis successorum nostrorum aliquid eorum, que ad predictum hospitale 5 pertinent, alienare vel per aliquem advocatum inquietare presumat, sed secundum tenorem privilegiorum summi pontificis Paschalis et domni Friderici Romanorum imperatoris et semper augusti, qui hoc hospitale cum omnibus suis in perpetuam tuitionem et protectionem receperunt, libera et absque advocatis omni tempore permaneant eorum, quibus deputata sunt, usibus profutura. Huic etiam auctori includimus villam unam Hadebrandes, quam 10 ab Eggehardo de Lerbach et uxore eius Aldegunda xx marcis absolvimus. Item villam in Eldriches, quam a Gerlaco de Samia et uxore eius Cunegunda xii marcis comparavimus. Has vero possessiones cum predictae persone iure proprietatis tenerent et adversis casibus in solitudinem redacte essent, eas nobis consensu legitimorum suorum heredum pretio iam dicte pecunie vendiderunt, nosque eas eadem libertate eisdem prorsus legibus, quibus 15 bona in Strowe ad novum hospitale contradidimus. Ne ergo oblationum nostrarum munuscula processu temporis in oblivione veniant, sed rata et inconvulsa omni tempore permaneant, hanc cartam inde conscribi et sigilli nostri impressione confirmari, testes subtus annotari precepimus, quorum nomina hec sunt. Meffridus decanus. Ruggerus prepositus sancte Marie. Gundelacus prepositus sancti Petri. Otuwinus prepositus sancti 20 Michaelis. Sigefridus prepositus sancti Iohannis. Rudolfus advocatus ecclesie et frater eius Gozmarus. Adelbertus de Hildenburc. Hartnidus de Butelir. Gerlacus de Hasilstein et frater eius Hertovicus. Ermenoldus de Slitese et frater eius Simon. Tragebodo et Gerlacus frater eius. Willehardus et Heroldus frater eius. Ditericus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXX, indictione III, regnante Friderico glorioso 25 Romanorum imperatore et semper augusto.

371.

Abt Willibold von Hersfeld schenkt dem Kloster Breitungem einige der dortigen Parochie anliegende Ländereien. — Landgraf Ludwig, Vogt von Hersfeld. 1170.

Hdschr.: Or. Perg. Gem. Henneberg. Archiv Meiningen.

Gedr.: Henneberg. Urkundenb. 1,14.

30

— — Testibus subter notatis presentibus hec acta ab anno dominice incarnationis M̄ c̄ lxx̄, indictione III, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto Friderico, lantgravio Lūdewico advocato ecclesie nostre maioris. Testes. Ditmarus decanus. Dūdo prepositus. Theodericus camerarius cum ceteris fratribus. Parrochiani. 35 Heinricus in civitate nostra Hersuelt. Heinricus in Lengesfelt. Godefridus in Thifeshart. Gisilbertus magister scolarium. Arnoldus prefectus. Heinricus et Folbertus fratres de Lengesfelt. Elbuinus villicus. Lutegerus de Dorndorf. Dūdo de Cruthusen.

(S.J.)